D. D. MELCHIORIS DE VALENTIA I. C. HISPANI, ANTEA PRIMARII IVRIS CIVILIS IN SALMANTICENSI ACADEMIA ANTECESSORIS, NVNC POTENTISSIMO HISPANIARVM REGI A CONSILIIS, ET IN GRANATENSI PRÆTORIO SENATORIS.

ILLVSTRIVM IVRIS TRACTATVVM SEV LECTVRARVM SALMANTICENSIVM.

Bibliothecae [illegible]

LIBER TERTIVS.

AD EXCELLENTISSIMVM PRINcipem D. D. Gaſparem Guzmanum Comitem Oliuaris; Ducem Sanlucaris.

TRACTATVS QVOS HIC LIBER CONTINET SEQVENS PAGINA EXIBET.

60.

SALMANTICAE. Apud DIDACVM A CVSIO
Anno Domini M DC. XXXIIII.
A coſta de la viuda de Antonio de Figueroa.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

TRACTATVS QVOS HIC liber continet.

Ad titulum ff. de acquirenda vel omittenda hereditate.

De perſonis quæ qur acquirenda vel omittenda hereditatis habent, ad titulum, ff. de acquirenda vel omittenda hereditate.

De iure ſuorum heredum, & neceſſaria debitaque liberorum ſucceſsione tractatus primus, ad titulum, ff. de liberis & poſthumis.

De legatis & fideicommiſsis, & eorum natura & exequationis, ad Rubricam & leg. 1. ff. de legat. 1.

Omnia mea quæcumque hic aut vbique ſcripta invenientur Romanæ Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicę Eccleſię correctioni ſubmitto.

AD TITVLVM ff. DE ACQVIRENDA, VEL OMITTENDA HÆREDITATE.

TRACTATVS. 1us

DIFFICILEM De acquirenda, vel omittẽda hæreditare materiam ex præſcripto Academiæ explicandam ſuſcipimus, & quidem cum numquam poſsit veſtigari, quod non per viam ſuam quæritur, vt rectè dicebat Lactantius divinarum inſtitutionum lib. 3. c. 28. principales huius tractatus quæſtiones ſingulas ſingulis capitibus cõprehẽſas ex vera iuris ratione derivare, ac deducere, vt noſtri moris eſt, pro viribus conabimur. Verùm enim vero parum humanæ naturæ vires, & docenti, & diſcenti proficient, niſi divini numinis, & auxilio, & virtute fulciantur. Cum teſtante Hiſpano Philoſopho. *Inter cætera humanæ fragilitatis incommoda, & illud eſt, mentium caligo, nec ſolum errãdi neceſſitas, ſed errorum amor.* Hinc illa ſapientium omnium nata confeſsio, qua humanam inbecilitatem, & ignorantiam profeſsi ſunt. Nam Anaxagoras pronunciavit, *circũfuſa eſſe tenebris omnia.* Empedocles *anguſta eſſe ſenſuum ſemitas queritur*, Democritus, *quaſi in puteo quodam ſic alto, vt fundus ſit nullus veritatem iacere demerſam lamentatur*, Socrates *ſe nihil ſcire, dixit, niſi hoc vnum, quod nihil ſciret*: Academici *ſciẽtiam negabant, & de omnibus rebus aſſenſum retinebant*, vt referunt Plutarchus adverſus Colotem, Tertulianus de anima ca. 17. & 18. Lactantius d. lib. 3. cap. 28. Hinc tot inter antiquos Philoſophos, tot in-

DE PERSONIS, QVAE QVAE ACQVIRENDAE, VEL OMITTENDAE HEREDITATIS FACVLTAVEM HABENT, AD TITVLVM, D. DE ACQVIRENDA, VEL OMITTENDA HEREDITATE, TRACTATVS 2us ~~TERTIVS~~.

De filio fam. & vtrùm Digeſtorum iure acquirendæ hereditatis, vel alterius acquiſitionis fuerit capax ad leg. qui in aliena 6. in princ. l. is qui 13. in fin l. ſi quis 25. §. iuſſu, & ſeq. leg. eum qui 51. §. 1 leg. filius famil. 92. hoc titulo.

PARS. I.

CAPACITAS Filij fam. tàm circa hereditatem, quàm aliarum rerum acquiſitionem, vt explicare commodè poſsimus altè nobis fundamenta iacienda ſunt, & ex vera, & primaria ratione iuris controverſia hæc tota dirimēda eſt, & diiudicādā. Annotare itaque oportet patriam in filios poteſtatem ratione naturali apud omnes gentes obſervatam fuiſſe l. 2. ff. de iuſtitia & iure leg. pronunciatio 195. §. familiæ, verſicul. iure proprio ff. de verborum ſignificatione, & non tàm lege aliqua, aut cō-

DE IVRE SVORVM HEREDVM, ET NECESSARIA DEBITAQVE LIBERORVM SVCCESSIONE

TRACTATVS PRIMVS, AD TITVLVM D. DE LIBERIS ET POSTHVMIS.

tractatus. 3us.

DIFFICILEM, Et vtiliſsimam vltimarum volũtatum materiam ex lib. 28. Pandectarum vſque ad 38. per 10. continuos libros digeſtã, vt ſubtilitate, & vtilitate primam, Principemque, primariæ iuris ciuilis Cathedræ explicandam Academia commiſsit, aſsignatis per ſingulos ſtudiorum annos titulis illis, quos, & difficiliores, & vtiliores credidit, & ex quorum explicatione præcipua & generalia iuris principia, & elementa ad vaſtũ illud totius Infortiati pelagus tranſnatandum deſumi, eruique poſſe, exiſtimavit, vt ex vno hoc de liber. & poſthum titulo maximè colligere licebit. In eo namque torum ſuorum heredum ius quod maximã difficilimamque vltimarum voluntatum partem cõprehendit, totque legibus titulis, libriſque diffunditur ſuo veluti proprio alveo continetur, peculiaribuſque ſedibus, & domicilijs adſtringitur, Deo igitur Doctore, & Duce illius interpretationem pro viribus aggrediamur, eoq; maiori ſtudio, & diligentia quo à multis iam annis hoc opus, hũcque laborem ſuſcipere in votis fuit ad veſtram (vt noſtri moris eſt) auditores clariſsimi vtilitatẽ, in quo equidem tractatu ſicut in alijs meis ſcriptis conſilium illud Hiſpani Philoſophi, ſequi maximè velim qui ep. 89. inquit, *ſtudere nos opportet nõ vt plus alijs ſciamus, ſed vt melius.*

TRACTATVS QVARTVS,

AD TIT. D. DE LIBER ET POSTHVM.

De poſthumorum generibus, & eorum iure circa parentum teſtamenta, vel ſucceſſionem.

Ad explicationem nobilis. & difficilis Scævolæ reſponſi lib. 6. quæſtionum in leg. Gallus 29. D. de liber. & poſthumis.

Verum partus ante natiuitatem homo ſit, & de poſthumi definitione, & nomine.

CAP. I.

CVM Cuiuſque rei forma ſubſtantialis ſit, cuius ratione quid tale dicitur, & hominis forma ſubſtantialis cuius ratione homo appellatur, ſit corporis, & animæ immortalis compoſitio: *anima enim humana eſt vera corporis forma*: Concil. Lateranenſe Seſſ. 8. Belarmin. de controverſ. Chriſtianæ fidei tom. 3. lib. 4. capit. 11. col. 235. verſic. tertia ratio, Clem. 1. de ſumm. trin. Cicer. lib. 1. officior. Petr. Gregor. lib. x. ſyntagmat. cap. 10. nu. 5. Levinus Lemnius de occultnatur.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, ET EORVM NATVRA, DIFFERENTIIS, ET EXEQVVTIONIS AD RVBRICAM, ET LEGEM PRIMAM FF. DE LEGATIS PRIMO

TRACTATVS V.

SAPIENTIAM Et iuſtitiam, & iuſtitiæ, ſapientiæque cognitionem à Deo ſapientiſsimo, atque iuſtiſsimo eſſe, & haberi etiam Ethnici inter ignorantię ſuæ tenebras agnovere, & teſtati ſunt, cum & Muſas, & Minervam ſcientiarum præſides Deas à Iove ipſo Deorum maximo ortas affirmarent, ſimulque legum latores iuriſprudentiam, & leges ipſas numinibus acceptas ferrent, & eorum inventum, & munus eſſe prædicarint, & cuiuſque literarij operis exordium ab invocatione numinis auſpicarentur. Vndè nos, qui veram catholicamque religionem profeſsi, *omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſſe, deſcẽdens à patre luminum*, cognoſcimus ſtudiorum initium ab initio ſapientię timore, ſcilicet Domini illiuſque ſanctiſsimi nominis invocatione facere vtique debemus, vt purgatas vitiorum tenebris mentes ſapientiæ ſuę lumine

DE PROHIBITIONE ALIENATIONIS TESTAMENTO FACTA, ET FIDEICOMMISSIS FAMILIÆ

relictis, & de Hiſpaniæ primogenijs, ſeu maioratibus ad l. filius familias 114 §. Divi ff. de legatis 1. l. cum ita 32. §. in fideicommiſſo leg. vnum ex familia 67. ff. de legatis 2. cum alijs.

Tractatus Secundus, ad titul. ff. de legatis 1.

Prohibitionem nudam à cauſa, & perſona inutilem eſſe: cum cauſa autem validam, & efficacem.

CAP. I.

VLTIMÆ Voluntatis iudicium, & ſerum ſupremi elogij arbitrium eſſe debere & naturalis ratio ſuaſit, & ius gentium firmavit, & apud Romanos lex duodecim tabul. conſtituit, leg. vel negare 5. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, leg. 1. in principio, ff. ad legem Falcidiam leg. verbis legis 120. ff. de verborum ſignificatione leg. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſijs, leg. teſtandi, C. de teſtamentis, diximus ſupra hoc titulo, tract. 1. cap. 1. Voluntas itaque teſtatoris, vbi non fuerit rationi iuris, vel bonis moribus contraria, pro lege obſervanda eſt:

Et verborum:

ratus propter delictum poſſeſſoris rectè in fiſcum transire, durante vita qui delictum patravit, pag. 125. n. 6.

Vulgaris ſubſtitutio qualis, vide *teſtamentum patris.*

1 Vxori non datur querela cõtra teſtamentum filij impuberis, quia parris iudicium eſt, pag. 47. n. 16.

LAVS DEO.

SALMANTICAE.

Ex Officina Didaci à Cuſsio, Inclytę Vniverſitatis Typographi.

Anno 1634.